a. Gen. 3, 1 ; 2, 17 || b. I Pierre 3, 15

1. Il est possible que le présent sermon ait été prononcé le même jour que le précédent et se soit conservé avec lui ; il répond bien en tout cas à l'idée qu'Isaac nous donne, au sermon 48, des exhortations plus simples qu'il avait coutume d'adresser à la communauté grossière des frères venus des granges. Non seulement le sujet est adapté à cet auditoire, mais le style se fait beaucoup plus simple qu'à l'ordinaire et garde trace de tournures familières, calquées sans doute sur la langue romane (Cf. *Introd.*, t. I, p. 34). De toute façon, nous ne sommes pas à Ré mais à l'Étoile, dans une abbaye relative-

de votre genre de vie¹. C'est que nombre de gens curieux de la vie d'autrui et bien tranquilles sur leur propre mort, quand ils rencontrent des frères plus simples, les harcèlent de questions oiseuses et frivoles et disent en prenant la voix du serpent parlant à notre première mère : Pourquoi vous est-il prescrit de travailler ainsi, de faire abstinence, d'obéir à des hommes, de vous taire avec les gens, de vous rassembler à l'écart en petits groupes, de mépriser ainsi la vie ordinaire des hommes ? Ô la curiosité vaine ou fourbe ! « Pourquoi, dit à Ève le diable, Dieu vous a-t-il prescrit de ne pas manger de l'arbre de la science du bien et du mal ? » L'astucieuse malignité a pénétré dans l'esprit simple de cette pauvre femme, transpercé par un tel sophisme ; et la simplicité naïve, ne sachant rendre raison de l'ordre divin, a été incapable de réfuter l'allégation habilement persuasive.

2. Aussi, mes bien-aimés, comme le dit le bienheureux apôtre Pierre, nous désirons que vous soyez prêts et instruits à rendre raison « à quiconque vous interroge » du genre de vie « qui est le vôtre » et de votre obéissance². Une autre fois, à vrai dire, si toutefois vous ne l'avez pas oublié, nous vous avons déjà touché un mot à ce sujet³ ; mais, puisque, en ce jour de la naissance des apôtres, les frères venus de partout ont afflué en plus grand nombre que de coutume, il ne sera pas fâcheux pour nous de répéter ce que nous estimons nécessaire pour vous.

ment nombreuse et active, avec granges, « famille » et troupeaux. — L'Ordre de Cîteaux s'est déjà étendu au monde, mais son austérité continue à intriguer les badauds. Isaac en résume ici tout l'esprit.

2. Cf. *Règle de S. Benoît*, 58, 17 : « Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversatione morum suorum et oboedientiam... »

3. Il ne semble pas qu'Isaac fasse ici allusion à l'un des sermons parvenus jusqu'à nous. Une occasion toute naturelle de traiter des observances monastiques a pu être la fête de S. Benoît.

3. Itaque quod manibus laborantes terram operamur, forma est protoparentis Adae, non quidem in paradiso
 25 peccantis, sed extra paenitentis. In paradisi namque otio et rerum omnium opulencia oborta est culpa quae Dominum irritavit. Extra paradysum suscepta est poena quae servum iuste mulctavit. Melior igitur poena in exsilio quam culpa in paradiso. 4. Ideo ergo quia peccatores et filii
 30 peccatoris secundum carnem adhuc sumus in carne, sententiam damnatae carnis non respuimus, et in sudore vultus nostri pane nostro vescimur. Praeterea ne sit
 1859 A omnis labor hominis in ore eius, manibus nostris operosius laboramus ut sit unde tribuamus necessitatem
 35 patienti.

5. Quare cum silentio ? Quia in multiloquio non effugietur peccatum ; quia hoc admonuit apostolus ; quia ante apostolum propheta dixit : *Obmutui et humiliatus sum et silui etiam a bonis, et dolor meus renovatus est.* Nihil magis
 40 extra se cor hominis effundit, quam multiloquium. Nihil citius incurrit vaniloquium aut stultiloquium aut etiam turpiloquium quam multiloquium. Ideo propter multiloquium fugiendum silemus etiam a bonis, ne detur occasio malis. 6. *Tectus magis*, ait poeta, *aestuat ignis.* Unde et
 45 motus animi, si verboritate foris non effunditur,
 1859 B iugi rotatu, sicut flamma ignis, intus circumvolvitur,

32-33 Praeterea — hominis : ne autem totus lab. hom. sit *m* || 32 ne : ve *M* || 34 laboramur *M* || 36 effugietur : deest *M* (cf. *Vg.*) || 39 etiam *om.* *M* cum *Vg.* || 40 effundit *om.* *M* || 43 fugiendum *om.* *M* || 44 ait poeta *om.* *m* || et *om.* *m* || 45 foras *m*

a. Gen. 3, 19 || b. Eccl. 6, 7 || c. Éphés. 4, 28 || d. Prov. 10, 19 || e. Cf. Jac. 1, 19.26 || f. Ps. 38, 3

1. Les deux passages de l'Écriture cités par Isaac se trouvent également dans la *Règle* de S. Benoît, au chapitre « De taciturnitate » (6, 1 et 4) ; cf. aussi 7, 56-57. Voir le commentaire qu'en donne S. BERNARD, *De div.* 17, 2-7.

3. Le travail de nos mains pour cultiver la terre a son modèle en notre premier père Adam, non certes au paradis où il pêche, mais hors du paradis où il fait pénitence. Dans le loisir du paradis et l'opulence de tous les biens s'est produite la faute qui a irrité le Seigneur. Hors du paradis a été supportée la peine qui a frappé justement le serviteur. Mieux vaut par conséquent la peine dans l'exil que la faute au paradis. 4. Puisque pécheurs et fils de pécheurs selon la chair, nous sommes encore dans la chair, nous ne répugnons donc pas à la sentence de condamnation de la chair, et nous mangeons notre pain « à la sueur de notre front^a ». D'autre part, « afin que
 1859 A tout le travail de l'homme n'aille pas à sa bouche^b », nous travaillons de nos mains plus activement pour avoir « de quoi secourir le nécessiteux^c ».

5. Pourquoi en silence ? Parce que « abondance de paroles ne va pas sans péché^d » ; parce que l'Apôtre nous en a avertis^e ; parce que, avant l'Apôtre, le prophète a dit : « Je me suis tû et me suis humilié, et j'ai gardé le silence même à propos du bien, et ma douleur a été renouvelée^f 1. » Rien ne répand davantage hors de soi le cœur de l'homme que l'abondance de paroles². Rien ne mène plus vite au vain discours, ou au sot bavardage, ou même aux propos grossiers que l'abondance de paroles. Alors, pour fuir l'abondance de paroles, nous gardons le silence même « à propos du bien », pour que l'occasion ne soit pas offerte au mal. 6. « Couvert, le feu brûle davantage », dit le poète³. Le mouvement de l'âme, s'il ne se
 1859 B répand pas au-dehors par la verborité, tournoie intérieurement en une ronde continuelle, comme une flamme

2. Cf. S. GRÉGOIRE LE GRAND, *Moral.*, 8, 17, 59 (75, 800-801).

3. OVIDE, *Métam.*, 4, 64 (à propos de Pyrame et Thisbé) : « Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis ».

omniaque interioris conscientiae perlustrans, ea offendit de quibus dolor ei compunctionis salubriter renovatur. Cor quoque quia foris non evaporat, intus concalescens ex igne compunctionis urente, ignem creat lucentem, quem *in meditatione* sursum dirigit. Et *in meditatione mea*, inquit, *exardescet ignis*. Sicque fit ut qui hominibus silere foris didicit, ipsi Deo intus loqui incipiat. *Loculus sum*, inquit, *in lingua mea : Notum fac mihi, Domine, finem meum*. Praesentium contemptor et quae retro sunt oblitus, de fine interrogat. Ecce quare cum silentio.

7. In oboedientia autem quare ? Istud quare primum adinvenit diabolus. Diabolus etenim oboedientiae praeceptum prior discutere coepit : *Quare*, inquit, *praecepit vobis Deus, non comedere de ligno scientiae boni et mali*? Antehac homo simplex simpliciter oboedierat, non tam propter praecepti rationem, quam propter praeipientis auctoritatem. Sicut enim *fides non habet meritum, cui ratio humana praebebat experimentum*, sic nimirum oboedientia a virtute humilitatis eo evacuatur, quo ei ratio praecepti astipulatur.

48 ei dolor *m* || 50 quam *M* || 51 Et *om. m* || 51-52 inquit mea *m* || 52 Sic *m* || 52-53 silere foris hom. *m* || 55 comptor *M* || 57 autem *om. M* || 58 enim *m* || 59 prior : primus *m* || 62 propter : ob *m* || praeipientis : recipientis *M* || 63 humana ratio *m* || 64 nimirum *om. m* || 65 eo *om. m* || quo : cum *m*

a. Ps. 38, 4 || b. Ps. 38, 5 || c. Phil. 3, 13 || d. Gen. 3, 1 ; 2, 17

1. Cf. ce que dit ADAM DE PERSEIGNE, en parlant de la méditation de la passion de Jésus-Christ : « Sic saepe cogitando et contemplando, gratia Spiritus Sancti eruditus interest cogitationibus et urit illas, et accenditur per illas cor, et emergit ineffabilis dilectio et secretior admiratio ex memoria patientis et recogitatione morientis. Edax sanctae devotionis flamma et rapacitas ignis volitat interius per pectus et medullas, et spargitur ignis et circuit angulos, et singultat animus et turbatur spiritus, et ebullit aqua et exit foras per oculos, quia non potest se ab intus continere prae fortitudine ignis aestuantis ». *Liber de*

de feu et, passant en revue tous les replis de la conscience, trouve de quoi renouveler en lui la douleur d'une salutaire compunction¹. Pareillement, le cœur, puisqu'il ne s'évapore pas au-dehors, s'échauffe intérieurement au feu brûlant de la compunction, produisant un feu lumineux que dans sa méditation, il dirige vers le haut. « Et dans ma méditation, est-il dit, le feu s'embrasera². » Ainsi arrive-t-il que celui qui a appris à se taire au-dehors avec les hommes, commence intérieurement à parler à Dieu lui-même. « De ma langue, est-il dit, j'ai parlé : Seigneur, fais-moi connaître ma fin³. » Contempteur du présent et oublieux « de ce qui est en arrière⁴ », il interroge sur sa fin. Voilà pourquoi en silence.

7. Et pourquoi dans l'obéissance ? Le premier inventeur de ce « pourquoi » est le diable. C'est le diable qui le premier a commencé à discuter le précepte de l'obéissance : « Pourquoi, dit-il, Dieu vous a-t-il prescrit de ne pas manger de l'arbre de la science du bien et du mal⁵ ? » Auparavant l'homme simple avait obéi simplement, moins par égard à la raison du précepte que par égard à l'autorité de qui prescrivait. En effet, comme « il n'y a pas de mérite à la foi si la raison humaine lui fournit des preuves⁶ », de même, n'est-ce pas, l'obéissance perd la vertu de l'humilité du moment que le motif du précepte prend sa place.

mutuo amore, 20, 66 (*Studia cisterciensia R. P. Ed. Mikkers oblata*, t. 1 = *Cîteaux*, t. 31, 1980, p. 333).

2. Répondant à Guigues le Chartreux, S. BERNARD cite, dans un contexte semblable, le même verset du psaume 38 : « Sanctitatis vestrae litteras tam laetus accepi, quam avidus et olim desideraveram. Legi eas, et quas volvebam in ore litteras, scintillas sentiebam in pectore : quibus et concaluit cor meum intra me, tamquam ex illo igne quem Dominus misit in terra. O quantus in illis meditationibus exardescit ignis, e quibus huiusmodi evolvant scintillae ! » *Epist.* 11, 1 (182, 108).

3. S. GRÉGOIRE LE GRAND : « Nec fides habet meritum cui humana ratio praebebat experimentum ». *In Evang. hom.* 26 (76, 1197).

8. Vis tamen audire quare ad alienum aut laboramus aut pausamus arbitrium et imperium? Quia in hoc nimirum imitatores sumus Christi, sicut filii carissimi, et ambulamus in dilectione qua dilexit nos, qui ad omnia factus est obo-

70 diens propter nos, non solum ad remedium sed etiam ad exemplum, ut quemadmodum ille fuit, sic et nos simus in

1859 D hoc mundo. In hoc enim, sicut beatus ait Ioannes, est fiducia. 9. Factus est ergo oboediens per omnia, non solum Patri usque ad mortem, sed Mariae et Ioseph usque ad

75 praelationem. Cum enim — paterna vocatione dicente: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit: ipsum audite — ad praelationem vocaretur, tunc primum

coepit aliis praeesse, qui diu didicerat aliis subesse; coepit iubere, qui didicit oboedire. 10. Praeterea recom-

80 pensatio iusta videtur, ut qui in paradiso dedignatus est regnare dominus sub Domino, in exilio iam serviat servus sub conservo. Conditio enim naturae statuit hominem sub Domino; transgressio oboedientiae subiugavit eum

1860 A inimico; reconciliatio vero gratiae supposuit fratri conservo. 85 Natura subdidit eum Deo, culpa diaboli, reconciliatio vero homini amico.

11. Et quare, inquis, in abstinentia ciborum quos creavit Deus ad hominum usus? Et hoc audi breviter.

67 arbitrium et om. M || 70 etiam om. m || 72 sicut: ut m || 74 et om. M || 80 est om. M || 82 conservo: servo M || 85 reconciliatio: recompensatio M || 87 inquit M

a. Cf. Éphés. 5, 1-2 || b. Cf. Phil. 2, 8 || c. Cf. Jn 13, 15. I Pierre 2, 21 || d. I Jn 4, 17; 5, 14 || e. Phil. 2, 8 || f. Cf. Le 2, 51 || g. Matth. 17, 5. Cf. 3, 17

1. Cf. Règle de S. BENOÎT, 5, 12: «... ut non suo arbitrio viventes vel desiderii suis et voluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio in coenobiis degentes abbatem sibi praesae desiderant ».

8. Veux-tu cependant savoir pourquoi c'est au jugement et sous l'ordre de quelqu'un d'autre¹ que soit nous travaillons, soit nous nous reposons? Parce que, ce faisant, nous sommes vraiment les imitateurs du Christ², comme des fils très chers, et que nous marchons dans l'amour dont il nous a aimés^a, lui qui en tout s'est fait obéissant^b à cause de nous, non seulement pour nous servir de remède mais pour nous servir d'exemple, afin que nous nous comportions en ce monde comme lui s'est comporté^c.

1859 D « C'est bien là, nous dit le bienheureux Jean, que se trouve l'assurance^d. » 9. Il s'est donc « fait en tout obéissant », non seulement au Père « jusqu'à la mort^e », mais à Marie et à Joseph jusqu'à ce qu'il reçût la dignité de chef.

En effet, à l'appel du Père qui disait: « Celui-ci est mon Fils bien-aimé, qui a toute ma faveur, écoutez-le^f », il fut appelé au premier rang. Alors il commença à diriger les autres, lui qui longtemps avait appris à se soumettre aux autres; alors il commença à ordonner, après avoir appris à obéir. 10. De plus, cela semble une juste réparation que celui qui a dédaigné au paradis de régner comme seigneur soumis au Seigneur, serve désormais en exil comme serviteur soumis à un compagnon de service. La condition de nature a placé l'homme au-dessous du Seigneur; la violation de l'obéissance l'a fait passer sous le joug de l'ennemi; la réconciliation par la grâce l'a assujetti à son frère

1860 A compagnon de service. La nature l'a soumis à Dieu; la faute, au diable^g; la réconciliation, à un homme qui lui veut du bien.

11. Et pourquoi, dis-tu, dans cette abstinence des aliments que Dieu a créés à l'usage de l'homme? Voici en deux mots la réponse. Parce qu'il nous est arrivé jadis

2. Sur l'obéissance à l'exemple du Christ, cf. S. BERNARD, *In Cant.*, 19, 7 (183, 866).

3. Le pécheur est sous l'esclavage du diable. Cf. *Serm.* 5, 1704 C, avec la note; *De offic. missae*, 1892 C.

Quia illicitis licenter et licitis illicenter aliquando usi
 90 sumus, illicitis modo numquam et licitis parcius utimur.
 Quia *sine Cerere et Baccho friget Venus, carnisque superbiam
 cibi potusque paritas terit*, etiam a concessis temperamus.
Omnia equidem licent, sed non omnia expediunt. Paulus
 castigat corpus suum et in servitutem redigit. Et quomodo
 95 voratores carni et vini, in quo est luxuria, potatores
 1860 B de castitate sibi blandiuntur? Utique non invenitur
 in terra suaviter viventium. Et nos mollibus induti, et in
 pluma defossi, tota stertimus nocte? 12. Vis audire
 ieiunii virtutem? Dirissimum daemoniorum genus non
 100 eicietur, nisi in ieiunio et oratione. Salvator quoque cum
 diabolo ieiunus confligit in deserto. Audi etiam breviter
 unius abstinentiae fructum triplicem. Beatus canit Papa
 Gregorius : *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem
 elevas, virtutem largiris et praemia*. Ecce abstinentiae
 105 nostrae ratio.

13. Sed dicis : Si tanta est in cibo et veste ariditas et
 districtio, quare in laboribus tanta est corporis exercitatio,
 tanta in acquirendis rebus negotiatio? Quoniam qui

89 licenter : libenter *M* || 90 modo : vero *M* || et om. *m* || 91 Cere
M || post Baccho add. [Libero] *m* || 92 potus cibique *m cum liturgia*
 || 93 quidem *m* || 95 ac *m* || 98 tota...nocte *scripsi* : totam...noc-
 tem *Mm* || stertimus : sternimus *M* || 99 durissimum *M* || 100 eicitur
m cum Vg. || 101 confligit : confugit *M* || 102-103 Beatus canit Papa
 Gregorius om. *m* || 105 nostrae : vestrae *M* || 106 et² : ac *m*

a. I Cor. 6, 12 || b. Cf. I Cor. 9, 27 || c. Cf. Matth. 11, 19 || d. Éphés.
 5, 18 || e. Job 28, 13 || f. Cf. Lc 7, 25 || g. Cf. Job 11, 18 || h. Cf. Matth.
 17, 21 ; Mc 9, 29 || i. Cf. Matth. 4, 2 || j. Cf. I Tim. 4, 8

1. S. GRÉGOIRE notait que seul ne commet pas l'illicite celui
 qui sait se priver parfois du licite : *Moral.*, 5, 10, 17 (75, 688). Il note
 ailleurs (avec les expressions qu'emploie Isaac) : « Quisquis illicita
 nulla commisit, huic iure conceditur ut licitis utatur. At si quis in
 fornicationis culpam (...) lapsus est, tanto a se licita debet abscindere
 quanto se meminit et illicita perpetrasset ». *In Evang. hom.* 20, 8
 (76, 1163). Et encore : « Qui se illicita meminit commisisset a quibusdam

d'user avec licence de ce qui est illicite et sans licence
 de ce qui est licite, maintenant nous n'usons plus jamais
 de ce qui est illicite et usons parcimonieusement de ce qui
 est licite¹. Parce que « sans Cérès et Bacchus, Vénus se
 refroidit² » et que « peu d'aliments et de boisson rabaisse
 l'orgueil de la chair³ », nous gardons une juste mesure
 même en ce qui nous est concédé. « Tout est permis,
 sans doute, mais tout n'est pas profitable⁴ ». Paul châtie
 son corps et le réduit en servitude^b. Et comment des
 dévoreurs de viande et des buveurs de vin^c, « où l'on
 trouve la luxure^d », peuvent-ils se flatter de chasteté?
 1860 B « On ne la trouve certainement pas sur la terre de ceux
 qui vivent dans les délices^e. » Et nous, vêtus d'habits
 délicats^f et ensevelis dans la plume, nous ronflerions toute
 la nuit^g? 12. Veux-tu connaître la vertu du jeûne? Les
 démons de la plus cruelle espèce ne seront chassés que
 par le jeûne et la prière^h. C'est également à jeun que le
 Sauveur affronte le diable au désertⁱ. Écoute encore dans
 une brève formule le triple fruit de l'unique abstinence.
 Le bienheureux pape Grégoire chante : « Toi qui, par
 le jeûne corporel, réprimes les vices, élèves l'âme, donnes
 la vertu et sa récompense^j. » Telle est la raison de notre
 abstinence.

13. Mais tu demandes : Si la nourriture et le vêtement
 comportent tant de restriction et de rigueur, pourquoi
 tant de fatigue physique^j à travailler, tant d'activité
 pour acquérir? Puisque celui qui travaille beaucoup et

etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo
 satisfaciatur, ut qui commisit prohibita sibi metipsum abscindere debeat
 etiam concessa, et se reprehendat in minimis qui se meminit in
 maximis deliquisse » ; et il donne l'exemple de David pénitent :
In Evang. hom. 34, 16 (76, 1256-1257).

2. TERENCE, *Eunuch.*, v. 732. Citation qui figure déjà au *Serm.* 6,
 1710 B, avec la note.

3. Vers 11-12 de l'hymne de Prime, *Iam lucis orto sidere* (17, 1188).

4. Préface du mercredi des Cendres dans le Sacramentaire
 grégorien, étendue ensuite à tout le carême (78, 55 C).

ideo multum laborat et multum acquirit ut multum ves-
 110 catur, *ventri suo* tantum servit et illi soli negotiatur,
 1860 C ergo ut sit unde tribuatur *necessitatem patienti*, ut alii
 possint *in labores* nostros aut nobiscum aut post nos
 introire.

14. Quare seorsum ab hominibus? Quia *colloquia*
 115 *prava corrumpunt bonos mores*. Et quare plures simul?
 Ideo simul, quia nondum sufficimus ad solitudinem. Ideo
 simul, ut si ceciderit quis, non desit qui sublevet eum. Ideo
 simul, quia *frater fratrem adiuvens* exaltabitur *sicut civitas*
munita et fortis. Ideo denique simul, quia *bonum est*
 120 *et iucundum habitare fratres in unum*.

15. Quod ergo, ut diximus, manibus operantes, *in*
sudore vultus nostri vescimur *pane* nostro, forma est
 paenitentis Adae; quod super hoc familiam habemus et
 pecora, Patriarcharum est imago. *Patres* etenim *nostri*,
 125 ut ait quis, *pastores ovium* fuerunt. Itaque de labore
 1860 D proprio et familiae et nutrimento pecorum vitam transigere,
 sicut non est a rectitudine devium, sic non est ab auctoritate
 vacuum. Quid igitur negotiantur quidam et mendicant,
 stipantes nundinas et curias frequentantes? Breviter
 130 respondeo: *Quod amplius est, a malo est*.

109 ideo *om. m* || et *om. M* || 111 ergo: ideoque *m* || 115 prava: mala
m cum Vg. || mores bonos *M cum Vg.* || 116 Ideo simul¹ *om. m* || 116-
 117 Ideo simul: et *m* || 117-118 non desit — simul quia: habeat suble-
 vatum se; item *m* || 119 Ideo... simul *om. m* || 121 ut diximus *om.*
m || 124 enim *m* || 125 ut *om. M* || 126 et¹: ac *m* || 127 sic: sicut *M* ||
 ab *om. m* || auctoritate *M* || 129 et *om. m*

a. Cf. Rom. 16, 18 || b. Éphés. 4, 28 || c. Cf. Jn 4, 38 || d. I Cor. 15,
 33 || e. Cf. Eccl. 4, 10 || f. Cf. Prov. 18, 19 || g. Ps. 132, 1 || h. Gen. 3,
 19 || i. Gen. 47, 3 || j. Matth. 5, 37

1. Voir à ce propos, J. LECLERCQ, « Le travail ascèse sociale,
 d'après Isaac de l'Étoile », *Collectanea cyst.*, 33, 1971, p. 159-166.

1860 C

et acquiert beaucoup à seule fin de manger beaucoup
 n'est au service que de son ventre^a et s'active pour lui
 seul, c'est donc pour qu'il y ait « de quoi secourir le néces-
 siteux^b »; pour que d'autres puissent avoir part au fruit
 de nos travaux, soit avec nous, soit après nous^c 1.

14. Pourquoi à l'écart des hommes? Parce que « les
 conversations mauvaises corrompent les bonnes mœurs^d. »
 Et pourquoi plusieurs ensemble? Ensemble, à cause de ce
 que nous ne sommes pas encore assez forts pour la solitude.
 Ensemble, de crainte que si l'un vient à tomber, il n'ait
 personne pour le relever^e. Ensemble, pour la raison que
 le frère aidant son frère sera exalté comme une cité forti-
 fiée et puissante^f. Ensemble, finalement, parce qu'« il est
 bon et il est doux d'habiter en frères dans l'unité^g ».

1860 D

15. Nous avons dit que le travail manuel, qui nous fait
 manger notre pain « à la sueur de notre front^h », se modèle
 sur la pénitence d'Adam. Si en plus nous avons des
 familiers et des troupeaux, c'est à l'exemple des patriarches.
 Car « nos pèresⁱ », affirme quelqu'un, furent « des pasteurs
 de brebis^j ». Vivre donc de son propre travail, et de celui
 des familiers^k, ainsi que de l'élevage du bétail, ce n'est
 pas s'écarter du droit chemin, ni non plus agir sans des
 précédents autorisés. Mais alors, pourquoi certains se
 livrent-ils au trafic ou à la mendicité, encombrant les
 foires et fréquentant les cours? Je réponds d'un mot :
 « Ce qui est de plus vient du Mauvais! »

2. Ce verset de la Genèse est cité par Isaac en écho à ce passage
 de la *Règle* de S. Benoît, au chapitre du travail manuel, 48, 8 :
 « Quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt,
 sicut et patres nostri et apostoli ». Avec plusieurs commentateurs,
 Isaac identifie les « pères », dont parle la *Règle*, avec les patriarches
 de l'Ancien Testament (cf. *infra*, 1861 C).

3. Quelques années plus tard, à l'île de Ré, Isaac semble découvrir
 un sens nouveau de la nécessité du travail, assuré sans l'aide de
 familiers ou de journaliers : *Serm.* 14, 1737 B-C. Cf. *DSP*, t. 7, 2033-
 2034.

16. Nuper tamen duplex religiosorum genus emersit, et quod retro saecula nescierunt, haec ferventia nostra tempora pepererunt. Sicut enim eorum qui trutanni dicuntur duo sunt genera — alii namque circumeunt et
 135 perambulant terram, mendicantes ubique et semper mendici, multis et miris modis simulationum et dissimulationum falsi et fallentes ; alii vero in triviis et in ingressibus templorum tabernacula figunt, omni astu simulationis
 1861 A et dolositatis priores exsuperantes —, sic religiosorum non-
 140 nulli, sub obtentu sanctitatis, fictis verbis de mundo cui mortui sunt, vivacissime negotiantur. 17. Omnia penetrantes, omnia pererrantes, *nihil intentatum* relinquunt, a quibus ipse mundus *vim patitur et violenti diripiunt* illum, qualibus etsi non ex eo quod amici sunt, homines ex improbitate
 145 tamen surgunt et donant plus quam tres panes. Isti vero sicut semper mendicantes, ita et semper manduci, quippe quod de facili eis constat, facile profligantes. 18. Alii vero opulentam captantes viciniam, prope refertas urbes et oppida populosa nemusculis se immergunt, fossatis cingunt, et summopere caventes ab hominibus, arte mirifica,
 150 quo se arctius occulunt, carius se vendunt. Manibus modicum laborant, omnino nihil nutriunt ; alienis semper manibus inhiantes, nihil respuunt. Evangelicae volucres quae *nec serunt nec metunt nec in horrea congregant, et*
 1861 B *Pater caelestis pascit* eas. Pascit quidem, dilectissimi,
 155

132 nostro *M* || 133 trutanni : //anni *M* || 134 namque : enim *m* || 135-136 et semper mendici *om. m* || 137 et² : ac *m* || in³ *om. M* || 139 et : ac *m* || 143 ipse *om. m* || patitur *M* || qualibus : quatenus *m* || 146 manduci : mendici *M* || 148 opulentiam *M* || 153 inhiant *M*

a. Cf. Job, I, 7 || b. Matth. 11, 12 || c. Cf. Lc 11, 5-8 || d. Matth. 6, 26

1. Sur cette satire des moines mendicants gyrovagues et des faux ermites, voir la *Note complém.* 29, p. 311 s.

16. Récemment ont pourtant surgi deux espèces de religieux, et ce que les siècles passés ont ignoré, notre époque d'ébullition l'a engendré¹. De même en effet que ceux qu'on appelle truands sont de deux espèces — les uns font le tour de la terre et la parcourent², mendicants qui toujours et partout mendient, trompeurs qui savent tromper par mille tours surprenants de simulation et de dissimulation, tandis que les autres plantent leur tente aux carrefours et aux portes des temples, surpassant les premiers de toute l'astuce de leur hypocrisie et fourberie —, de même certains religieux, sous le couvert de la sainteté et avec des paroles mensongères sur le monde auquel ils sont morts, trafiquent fiévreusement. 17. Pénétrant partout, allant et venant partout, ils ne laissent rien sans l'avoir tenté³; de leur part le monde lui-même « souffre violence, et des violents le prennent de force⁴ ». Même si ce n'est pas par amitié, c'est au moins à cause de leur impudence que les gens se lèvent et leur donnent plus que trois pains⁵. Ceux-là d'ailleurs sont toujours aussi gros mangeurs qu'ils sont grands mendicants, car ils gaspillent sans peine ce qui leur coûte si peu de peine. 18. Les autres, jetant leur dévolu sur quelque riche voisinage, se terrent dans les fourrés à proximité des villes opulentes et des bourgs populeux, s'enferment dans une enceinte de fossés et, tout en se gardant farouchement des hommes, ont un art prodigieux pour se vendre d'autant plus cher qu'ils se cachent plus jalousement. Ils travaillent un petit peu de leurs mains, ne font absolument aucun élevage, restent toujours la bouche béante à la main d'autrui, ne refusent rien. Oiseaux de l'Évangile, qui « ne sèment ni ne moissonnent ni ne recueillent en des greniers » et que « le Père céleste nourrit⁶ ». Sans doute,

1861 A
 1561 B

2. Réminiscence d'HORACE, *Ars poet.*, 285 : « Nil intentatum nostri liquere poetae ».

Dominus aves, sed tamen hominibus importunae sunt, quorum laboribus insidiantur!

19. Ideo magis attendamus ad illam nobilem Veritatis sententiam qua dicitur *beatius magis esse dare quam accipere*, et cum multo sudore laboremus quod cum multa caritate donemus. Nutriamus etiam diligenter quod tribuamus libenter. De nostro potius quam de alieno aedificemus Deo templum et servitoribus eius congruum habitaculum, magis semper exsultantes et gratias agentes cum dederimus quam cum receperimus, alios quoque cum 1861 C suscepimus, quam cum suscepti ab aliis fuerimus, sicut 166 scriptum est : *Date eleemosynam, et omnia munda erunt vobis*; et alibi : *Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam*. Ita et patres nostri, 170 hospitalitatis gratiam sectantes, etiam angelos hospitio excipere meruerunt.

20. Quod autem castimoniam professi, absque coniugibus et liberis, etiamque absque proprietate in commune vivimus, uni omnes oboedientes, et ab eo, prout cuique 175 necessarium est, omnia exspectantes, beatorum apostolorum et illius in Ierusalem primitivae Ecclesiae procul

165 acceperimus *m* || 166 ab aliis susc. *m* || 169 vagosque *om. M* || 171 suscipere *M* || 173 etiam *m* || 176 illius : ipsius *m*

a. Act. 20, 35 || b. Lc 11, 41 || c. Is. 58, 7 || d. Cf. Hébr. 13, 2. Gen. 18, 2-3 || e. Cf. Act. 2, 44-45 ; 4, 35

1. « En ces quelques lignes très denses, où nous trouvons déjà ce que deviendra la formule classique des trois vœux de religion, l'obéissance est liée au fait du célibat et de la désappropriation; elle est considérée comme permettant de réaliser cette unité dont le chef de la communauté est à la fois l'instrument et le symbole. L'ordre chronologique selon lequel sont apparus les grands engagements religieux est respecté : le célibat fut et reste premier; le renoncement à la propriété privée vint ensuite, comme un complément de ce sacrifice fondamental; l'obéissance est apparue comme une

bien-aimés, le Seigneur nourrit les oiseaux, mais tout de même ils importunent les hommes en guettant leurs labours!

19. Attachons-nous donc davantage encore à cette notable sentence où la Vérité déclare : « Il y a plus de bonheur à donner qu'à recevoir^a », et travaillons avec bien des sueurs à ce que nous pourrions donner avec bien de la charité. Élevons aussi avec grand soin ce que nous pourrions distribuer de grand cœur. Sur nos ressources plutôt que sur celles d'autrui élevons à Dieu un temple et à ses serviteurs un logement convenable, en ayant toujours plus d'allégresse et de reconnaissance pour avoir 1861 C donné que pour avoir reçu, pour avoir accueilli les autres que pour avoir été accueillis par d'autres, car il est écrit : « Faites l'aumône et tout sera pur pour vous^b. » Et ailleurs : « Partage ton pain avec l'affamé et fais entrer dans ta maison les pauvres et les errants^c. » C'est ainsi que nos pères, en pratiquant le bienfait de l'hospitalité, ont mérité d'héberger jusqu'à des anges^d.

20. Que, de plus, ayant voué la chasteté¹, sans femmes ni enfants, sans même rien qui nous soit propre, nous vivions en commun, en obéissant tous à un seul et en attendant tout de lui selon les nécessités de chacun^e, c'est là, assurément, se conformer à l'idéal des bienheureux apôtres et de cette insigne Église primitive de Jérusalem² :

exigence de la vie commune, et elle doit demeurer... l'expression et l'aliment de la charité, l'occasion d'une rencontre dans l'amour. » J. LECLERCQ, *art. cité*, p. 165. — Sur la lente apparition de la trilogie des vœux de religion, voir J. M. R. TILLARD, *Devant Dieu et pour le monde. Le projet des religieux*, Paris 1975, p. 119-126, 387-397.

2. « Primitivae Ecclesiae forma. » La référence de l'idéal monastique à la communauté de l'Église primitive se trouve déjà chez ORIGÈNE, *In Malth.*, 15, 15 (PG 13, 1296 B - 1297 A). Dans la tradition latine, le grand docteur de cette doctrine est S. Augustin. Voir P. GRECH, « The Augustinian Community and the Primitive Church », dans *Augustiniana*, t. 5 (1955), p. 459-470. *DSP*, t. 10, col. 1551-1552. — Pour le XII^e siècle, voir G. MICCOLI, « Ecclesiae primitivae forma »,

dubio forma est, quibus cum communione substantiae erat etiam *cor unum et anima una*. Quorum inestimabilis fervor, de camino in Ierusalem a Spiritu sancto die sancto Pentecostes succenso — sicut scriptum est : *Cuius ignis in Sion et caminus in Ierusalem* —, longo temporis tractu, refrigerante caritate et abundante iniquitate, de die in diem evaporatus, adhuc in huiusmodi coenobiis tenuiter fumat, et exstincti ferme incendii nonnulla quasi vestigia indicat, et magnorum carbonum minutias quasdam monstrat.

21. Hae sunt ergo, carissimi, hodie, *sagittae potentis aculae cum carbonibus desolatoriis*, quas apposuimus vobis *ad linguam dolosam* <eorum> qui in omnibus quare hoc et hoc facimus *labiis iniquis et lingua dolosa* quaeritant, et quare facti sint ipsi non curant. Ita non praesumptiones novitatum secutus, *super fundamentum apostolorum et prophetarum* aedificatus est Ordo noster, cuius *aedificatio*, toto ferme terrarum orbe, sicut est dies haec, *constructa*, crevit *in templum sanctum in Domino; in quo et vos loco et tempore vestro coaedificamini in habitaculum Dei*,

179 die sancto *om. M* || 180 Pentecosten *M* || 183 die *M* || 184 fere *m* || 187 ergo *om. m* || hodie cariss. *m* || 189 <eorum> qui *scripsi* : quae *Mm* || 190 linguam dolosam *M* || 191 sunt *M* || 194 ferme : finem *M*

a. Act. 4, 32 || b. Is. 31, 9 || c. Cf. Matth. 24, 12 || d. Ps. 119, 2-4

dans *Chiesa gregoriana*, Florence 1966, p. 225-299. Gl. OLSEN, « The idea of 'Ecclesia primitiva' in the Writings of the twelfth-Century Canonists », dans *Traditio*, t. 26 (1970), p. 61-86.

1. Cf. AUGUSTIN, *Enarr. in Ps. 104*, 13 (37, 1397) ; *Serm.* 71, 19 (38, 455). — M. AUBINEAU, « Exégèse patristique de Mt. 24, 12 : 'Quoniam abundavit iniquitas, refrigeret charitas multorum' », dans *Studia Patristica*, 4, 2 (1961), p. 3-19.

2. Monachisme comme relais et, dans une certaine mesure,

eux qui mettaient en commun leurs ressources et n'avaient non plus « qu'un cœur et qu'une âme ». Leur inestimable ferveur, puisée à la fournaise allumée à Jérusalem par l'Esprit-Saint le saint jour de la Pentecôte — selon qu'il est écrit : « Son feu est en Sion et sa fournaise en Jérusalem » —, s'est évaporée de jour en jour durant une longue période où la charité s'est refroidie et où l'iniquité a abondé¹. Elle fume encore faiblement en des communautés comme celle-ci, et fait voir pour ainsi dire quelques traces de l'incendie presque éteint, et montre comme de minimes parcelles du puissant brasier².

21. Telles sont donc aujourd'hui, très chers, « les flèches aiguës du puissant avec des charbons dévorants » que nous avons fournies « contre la langue trompeuse » de ceux qui continuellement, « de leurs lèvres injustes et de leur langue trompeuse », s'informent pourquoi nous faisons ceci et cela, sans s'inquiéter de savoir pourquoi eux-mêmes ont été faits. Ce n'est donc pas sous l'inspiration de présomptueuses nouveautés, mais « sur le fondement des apôtres et des prophètes » que s'est édifié notre Ordre³. Sa construction qui s'élève par le monde presque tout entier, aussi loin qu'atteint cette lumière du jour, a grandi pour être « un temple saint dans le Seigneur. En lui vous aussi », à votre place et en votre temps, « vous êtes intégrés à la construction pour devenir une demeure de Dieu, dans

continuation de la Pentecôte. ODON DE CLUNY en avait développé l'idée dans son poème *Occupatio* (éd. A. SWOBADA, Leipzig, 1900, t. 6, 567-608). Cf. J. LECLERCQ, *Témoins de la spiritualité occidentale*, t. 2, Paris 1965, p. 129-130.

3. Sur l'idéal de la vie cistercienne, « ordo noster », voir la *Note complém.* 30, p. 312 s. — A propos de l'accent mis par les cisterciens sur une lecture plus « communautaire » de l'idéal de vie proposé par la *Règle* de S. BENOÎT, voir C. W. BYNUM, « The cistercian conception of community : An Aspect of Twelfth-Century Spirituality », dans *Harvard Theol. Rev.*, t. 68 (1975), p. 273-286.

in Spiritu sancto, ipso operante qui omnia operatur in omnibus Deus, cui honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen.

SERMO QUINQUAGESIMUS PRIMUS

In Assumptione Beatae Mariae

1. *In omnibus requiem quaesivi, et in haereditate Domini morabor, etc. De hodierna solemnitate, id est beatae semper Virginis Assumptione, quid proprie dici queat, difficile invenitur. Patrum namque inclusi limitibus, quos praetergredi prohibitum est, nihil aliud definire*

1862 B

6 *audemus, nisi quod hodierna die, sive cum corpore sive sine corpore, nescio, Deus scit, non ad tempus rapta, nec ad tertium tantum caelum, si plures sunt caeli, sed ad*

198 *post cui add. est m*

Adest O a l. 88 ad l. 145, paucis omissis

Til. De libro Sapientiae M || In Assumptione gloriosae Virginis Mariae. Sermo abbatis Ysaac S || In Assumptione beatae virginis Mariae O || 2 etc. : tunc praecepit et dixit mihi MS || hodiernae sollemnitate S || 6 cum : in S cum Vg. || 8 caelum om. MS

a. Éphés. 2, 20-22 || b. I Cor. 12, 6 || c. Rom. 16, 27

a. Sir. 24, 11 || b. Cf. Prov. 22, 28 || c. Cf. II Cor. 12, 2

1. On remarque la prudence avec laquelle Isaac parle de l'assomption corporelle de Marie. Comparer ce qu'il dit au *Serm.* 53, 1870 D.

2. Cette utilisation des termes mêmes employés par S. Paul pour parler de son propre ravissement (2 Cor. 12, 2), se rencontre aussi sous la plume d'ÆLRED DE RIEVAULX : « Si auderem, dicerem beatissimam Dei genitricem Mariam carmen primo reliquisse, deinde in ipsa carne in aeternam vitam resurrexisse. Sed licet haec non audeam affirmare, quia non habeo unde possim, si quis resistat, convincere, audeo tamen opinari; affirmare autem indubitanter audeo quia

l'Esprit-Saint^a », par l'opération de celui « qui opère tout en tous, Dieu^b », « à qui soient honneur et gloire pour les siècles des siècles. Amen^c ».

SERMON 51

Premier sermon pour le jour de l'Assomption

Marie, l'Église, chaque âme fidèle et le mystère de l'engendrement du Christ total. La Sagesse cherche son repos dans tous les humains, car tous ont été marqués de l'image et de la ressemblance divine. L'Histoire du salut. Action et contemplation.

1. « J'ai cherché en tous les repos et je demeurerai dans l'héritage du Seigneur^a, etc. » De la solennité d'aujourd'hui, l'Assomption de la bienheureuse toujours Vierge, il est malaisé de trouver ce qu'on peut dire en termes propres¹. Car pour rester dans les limites qu'ont fixées les Pères et qu'il est interdit d'outrepasser^b, nous n'osons rien formuler de plus que ceci : aujourd'hui — soit en son corps, soit sans son corps, je ne sais, Dieu le sait² —, elle a été enlevée, non dans un ravissement passager, ni seulement au troisième ciel^c, s'il en est plusieurs³,

1862 B

hodierna die beata Virgo, sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit, caelum conscenderit... » *Serm.* 18 (195, 315 B). Mais quelques années plus tard, Ælred osera se prononcer plus fermement (*Sermones inediti*, éd. TALBOT, Rome 1952, p. 162 et 175); cf. Ch. DUMONT, « Aspects de la dévotion du bienheureux Ælred à Notre-Dame. », dans *Collectanea Cist.*, 20 (1958), p. 318-319.

3. « Si plures sunt caeli. » Comme le fait remarquer le P. de Lubac, en citant ce passage d'Isaac, les vrais mystiques ont toujours compris que la foi chrétienne n'est pas d'essence cosmologique. La distinction des cieux étagés n'a pour Isaac « qu'une valeur symbolique, même si l'Écriture en fait mention ... Relativement aux réalités de la fin dernière, la première pensée médiévale, considérée dans ses représentants les plus réfléchis, demeure donc conforme au principal

perpetuam et felicem mansionem, ad summum caelorum
 10 caelum assumpta sit. **2.** Assumpta quidem ab eo qui de
 ea carnem sumpsit in terris, cui soli eam subordinaret in
 caelis. Post ipsum etenim ventris sui fructum sic eam
 credimus ordinatam in caelis et locatam vel adhuc, si
 15 nondum surrexit, locandam, ut proxime post illius dilectam
 animam, et ipsius anima disponatur ad sapientiam, et
 post illius corpus, ipsius quoque corpus, ad gloriam. Ipsa
 ergo iure in generatione iustorum prima residet, quae
 primogenitum omnium proprie generavit.

1862 C **3.** Ipse quippe *primogenitus* est in multis fratribus, qui
 20 cum esset natura unicus, gratia conciliavit sibi plures qui
 cum eo sint unus. *Dedit enim potestatem filios Dei fieri* his
 qui recipiunt eum. O amabilis et admirabilis potestas! O
 si liceret et potis esset pauper et ignobilis, locupletem et
 generosum sibi pro voluntate eligere genitorem, quis non
 25 curreret, quis non festinaret ad reges et principes homines?
4. Et quidem filii Dei fieri possunt quotquot volunt. Et
 quare hoc, rogo, nisi quia Filius Dei fieri filius pauperis
 voluit, ut sua paupertate multos ditaret? Sed et hoc
 quis faceret filius regis et divitis, ut gratis semetipsum
 30 exinaniret et fieret ipse propter alios filius egeni
 1862 D et ignobilis? Factus autem egenus, quomodo posset
 alios ditare? Factus ignobilis, quomodo nobilitare?
5. Manens igitur nobilis nollet descendere; factus ignobilis
 non posset sublimare. Dei vero et caritas incomparabilis

11 carnem *om.* *MS* || 13-14 si nondum adhuc *m* || 17 generationi-
 bus *m* || 21 enim : eis *M cum Vg.* || 23 potis esset : posset *S* || 25 homi-
 num *m* || 26 quidem filii : qui de filiis *M* || 27 paup. fil. *m* || 31 *post*
egenus add. et S || 34 et *om. m*

a. Cf. Lc 1, 42 || b. Cf. Col. 1, 15 || c. Rom. 8, 29 || d. Jn 1, 12 || e. Cf.
 II Cor. 8, 9 || f. Cf. Phil. 2, 7

mais à son heureuse demeure pour toujours, au suprême
 ciel des cieux. **2.** Elle a été enlevée par celui qui d'elle a pris
 sur terre la chair à laquelle seule il voulait la subordonner
 dans les cieux. Nous croyons en effet qu'après le fruit
 même de ses entrailles* elle occupe — ou, si elle n'est pas
 encore ressuscitée, elle occupera — un rang et une place
 tels que son âme à elle vienne aussitôt après son âme
 bénie à lui quant à la sagesse, et son corps à elle aussitôt
 après son corps à lui quant à la gloire. Elle occupe à bon
 droit la première place dans la génération des justes, elle
 qui a engendré véritablement le premier d'entre eux
 tous^b.

1862 C **3.** Oui, il est « le premier-né d'une multitude de frères^c »,
 lui qui, unique par nature, s'est associé par sa grâce un
 grand nombre de frères pour qu'ils ne soient qu'un avec
 lui. Car à ceux qui l'accueillent « il a donné pouvoir de
 devenir fils de Dieu^d ». Aimable et admirable pouvoir!
 Oh, s'il était permis et possible à un pauvre et à un roturier
 de se choisir à son gré comme père un riche et un noble,
 qui donc n'accourrait, qui ne s'empresserait auprès des
 rois et des grands! **4.** Or voilà que tous ceux qui le veulent
 peuvent devenir fils de Dieu. Et pourquoi, je le demande,
 sinon parce que le Fils de Dieu a voulu devenir fils de
 pauvre afin d'enrichir une multitude par sa pauvreté^e?
 Mais quel est le fils de roi et de riche qui en viendrait
 à se dépouiller de lui-même gratuitement et à se faire
 lui-même, pour les autres, fils de pauvre et de roturier^f?
 1862 D Et puis, devenu pauvre, comment pourrait-il enrichir
 les autres? Devenu roturier, comment les anoblirait-il?
5. Ainsi donc, restant noble, il refuserait de descendre;
 devenu roturier, il ne pourrait élever les autres. Mais
 Dieu, dans sa charité incomparable et sa puissance inesti-

courant patristique, bien qu'elle s'accorde assez mal avec l'idée
 augustinienne de la résurrection des corps ». *Exég. méd.*, 2^e partie, 2,
 p. 153-154.

35 et potestas inestimabilis, quasi et hoc sicut voluit, potuit,
 et sicut potuit, voluit. Sicut enim quod stultum est Dei
 sapientius est hominibus et quod infirmum est Dei fortius
 est hominibus: sic et quod egenum est Dei locupletius
 40 est hominibus, et quod ignobile est Dei nobiliter est homi-
 nibus. 6. Factus igitur filius pauperis, multos fecit filios
 divitis; factus filius ancillae, multos fecit filios nobilis;
 factus denique hominis Filius, multos fecit Dei filios.
 Multos igitur conciliavit sibi, ut dictum est, sua caritate
 et potestate unicus, qui cum carnali generatione in seipsis
 1863 A sint plures, divina tamen regeneratione cum ipso, in ipso
 46 sunt unus.

7. Unus enim et totus et solus Christus, caput et corpus.
 Unus autem is, unius Dei in caelis et unius matris in terris,
 et multi filii et unus filius. Sicut namque caput et membra
 50 unus filius et plures filii, sic Maria et Ecclesia una mater
 et plures, una virgo et plures. Utraque mater, utraque
 virgo, utraque de eodem Spiritu sine libidine concipit,

37 sapientius est hominibus *om. m* || 37-39 et quod infirmum est —
 est hominibus *om. M per hom.* || 38 et *om. m* || 43 consiliavit *S* || 45
 sunt *S* || in ipso *om. m* || 47 et totus et : totus ac *m* || Christi *m* || 49
 et³ : ac *m*

a. I Cor. 1, 25

1. « Par lui, devenu fils de l'homme, beaucoup sont devenus
 fils de Dieu... » Doctrine traditionnelle, dont les Pères grecs en
 particulier avaient donné des formules définitives : S. IRÉNÉE :
 « Le Verbe de Dieu s'est fait homme, le Fils de Dieu s'est fait Fils
 de l'homme, pour que l'homme, en se mélangeant au Verbe et en
 recevant ainsi l'adoption filiale, devienne fils de Dieu. Car il nous était
 impossible d'avoir part à l'incorruptibilité et à l'immortalité, si
 nous n'étions unis à l'incorruptibilité et à l'immortalité. Mais comment
 aurions-nous pu être unis à l'incorruptibilité et à l'immortalité, si
 l'incorruptibilité et l'immortalité ne s'étaient préalablement faites
 cela même que nous sommes, afin que ce qui était corruptible fût
 absorbé par l'incorruptibilité, et ce qui était mortel, par l'immortalité,

mable, a pu cela comme il l'a voulu, et comme il l'a pu
 l'a voulu. Car de même que « ce qui est folie de Dieu est
 plus sage que les hommes, et ce qui est faiblesse de Dieu
 est plus fort que les hommes », de même aussi ce qui est
 pauvreté de Dieu est plus opulent que les hommes, et
 ce qui est bassesse de Dieu est plus noble que les hommes.
 6. Par lui, devenu fils de pauvre, beaucoup sont devenus
 fils de riche; par lui, devenu fils de servante, beaucoup
 sont devenus fils de noble; en somme, par lui, devenu
 fils d'homme, beaucoup sont devenus fils de Dieu¹. Par sa
 charité et sa puissance, avons-nous dit, l'Unique s'est
 associé une multitude. En eux-mêmes, de par la génération
 charnelle, ils sont plusieurs, de par la régénération divine,
 avec lui, en lui, ils sont un.

1863 A

7. Il n'y a qu'un unique et total et seul Christ, tête et
 corps. Et cet unique — du Dieu unique dans le ciel et
 d'une mère unique sur la terre — est à la fois multitude
 de fils et unique Fils. Et comme la tête et les membres
 sont un seul Fils et plusieurs fils, Marie et l'Église sont
 une seule mère et plusieurs, une seule vierge et plusieurs².
 L'une et l'autre est mère; l'une et l'autre, vierge. L'une

pour que nous recevions l'adoption filiale ? » *Adv. haer.*, 3, 19, 1
 (SC 211, p. 375); « À cause de son surabondant amour, le Verbe de
 Dieu, Jésus-Christ notre Seigneur, s'est fait cela même que nous
 sommes pour faire de nous cela même qu'il est. » *Ibid.*, 5, *praef.*
 (SC 153, p. 15). S. ATHANASE : « Il s'est lui-même fait homme pour
 que nous soyons faits Dieu; et lui-même s'est rendu visible par son
 corps, pour que nous ayons une idée du Père invisible; et il a supporté
 lui-même les outrages des hommes, pour que nous ayons part à
 l'incorruptibilité ». *De Incarnatione*, 54, 3 (SC 199, p. 459). Cf.
 S. GRÉGOIRE DE NYSSÉ, *Or. catechet.*, 25 (PG 45, 65-68).

2. Ce beau texte sur Marie, Vierge et Mère, figure de l'Église, est
 indiqué parmi les références du ch. VIII de la Constitution *Lumen Gen-
 tium* du II^e Concile du Vatican (note 20, au § 64). Il y est rapproché
 d'autres de S. AMBROISE : *Exp. Evang. sec. Lucam*, 2, 7 (SC 45 bis,
 p. 74); 10, 24-25 (SC 52, p. 164 s.); de S. AUGUSTIN : *In Ioan.*, 13, 12
 (35, 1499); *Serm.* 191, 3 (38, 1010); de BÉDE : *In Luc.*, 1, 2 (92, 330).

utraque Deo Patri sine peccato prolem fundit. Illa *absque*
 omni peccato corpori caput peperit; ista *in omnium pecca-*
 55 *torum remissionem* capiti corpus edidit. Utraque Christi
 mater, sed neutra sine altera totum parit. **8.** Unde et in
 Scripturis divinitus inspiratis, quod de virgine matre
 Ecclesia universaliter, hoc de virgine <matre> Maria sin-
 1863 B gulariter, et quod de virgine matre Maria specialiter, id de
 60 virgine matre Ecclesia generaliter iure intelligitur. Et cum
 de alterutra sermo textitur, fere permixtim et indifferenter de
 utraque sententia conficitur. Unaquaeque etiam fidelis
 anima et Verbi Dei sponsa, et Christi *mater et filia et soror,*
 et virgo et fecunda suapte ratione intelligitur.

65 **9.** Dicitur ergo et universaliter pro Ecclesia et specialiter
 pro Maria, singulariter quoque pro fidei anima, ab ipsa Dei
 Sapientia quae Patris est Verbum : *In omnibus requiem*
quaesivi, etc. Ubique et *in omnibus* divina Sapientia est,
 quae a fine usque ad finem, id est ab omnium principio ad-
 70 que omnium finem, attingens, sua ubique pressit vestigia,
 1863 C quibus investigari et inveniri possit; sed in solis mentibus
 sua imagine et similitudine praeditis requiescit et iucunda-
 tur aut laborat et molestatur. **10.** Unde et de quibusdam
 conqueritur dicens : *Laboravi sustinens; et alibi : Quia*
 75 *molesti estis et Deo meo.* De aliis quidem cum quibus pasuat

54 in : impietate vel iniquitate S || 55 remissionem : remissione
 m remissa S || capitis M || 56 et om. m || 57 divinitus : divinis M || 58
 <matre> *supplevi* (vide l. 59) om. MSm || 61 permixtim m || 62
 conficitur : intelligitur m || 63 et¹ et² om. m || et⁴ om. S || 64 suapte :
 sub aperta (corr. ex suapte) M || 65 et om. m || 67 quae : quod Mm ||
 68 est div. sap. M || 69 post adusque add. ad M || 72 et² : ac m || 73
 et om. m || 75 et Deo : in Deo M

a. Cf. Hébr. 4, 15 || b. Cf. Act. 2, 38 || c. Cf. Matth. 12, 50 || d. Cf.
 I Cor. 1, 24 || e. Sir. 24, 11 || f. Sag. 8, 1 || g. Cf. Gen. 1, 26 || h. Is. 1,
 14 || i. Is. 7, 13

1. Cf. *supra*, *Serm.* 27, 1778 D - 1779 A, et la *Note complém.* 21 :
 « La maternité de Marie et de l'Église » (t. 2, p. 342-343). Sur la

